



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 61. Regis mandatum circa novam fidei Posessionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

„circa fidem definivit, in meo Regno Sæcul. XVI.  
 „recipientur, plures autem disciplinæ A.C. 1585.  
 „articulos, quorum executio meo Re-  
 „gno nociva foret, temporum iniquitas  
 „mihi non permittit, nec hanc rem pe-  
 „nitius discutere concedit, eapropter  
 „mentem meam circa Cleri postulata  
 „aperire ad aliud tempus differre cogor:  
 „interea vero hæresum extirpationi, ac  
 „fidei Catholicæ conservationi strenue  
 „insistendum censeo.

### §. LXI.

#### *Regis mandatum circa novam fidei Professionem.*

Rex dum novam fidei professionem *Mem. de la*  
*proposuerat, atque ab omnibus, Ligur. tom. I.*  
*qui hæresin ejuraverint, signandam ad pag. 443.*  
 omnes Episcopos transmitti iussérat,  
 hinc Clerus suarum partium esse cen-  
 sebat, ut pariter suam desuper men-  
 tem aperiret, Regique hæc exponeret:  
 „Majestas vestra auctoritatis suæ limi-  
 „tes exēssit, dum fidei professionem  
 „concipere præsumpsit, eamque sub-  
 „scribi præcepit: nam olim Franciscus I.  
 „non alia utebatur professionis norma,  
 „quam ea, quæ a Sorbonna fuit edita:  
 „porro hanc a Prædicatoribus in suis  
 „sermonibus observari præcepit, pro-  
 „hibuitque, ne quicquam ab ea disso-  
 „num populo proponerent: ipsus vero

Aa 5

„nec

**Sæcul. XVI.** „nec eam confecit, nec illam confici  
A C 1585. „jussit, sed totam rem Sorbonnæ judi-  
 „cio reliquit, cum hæc ordinarius sit  
 „Ecclesiæ Gallicanæ Senatus, ac Cle-  
 „rus ratum habere soleat id, quod hi  
 „Doctores decidunt: quamvis enim plu-  
 „res fidei professiones in Diæcesibus  
 „circumferantur, illæ tamen quantum  
 „ad dogmatis summam omnes sibi sunt  
 „simillimæ, aut si forte in una, alte-  
 „rare plus, minusve reperiatur, hujus  
 „diversitatis examen relinquendum est  
 „Episcopis, qui electorum pabulum suis  
 „ovibus ad ovile recens reversis juxta  
 „cujuslibet indigentiam distribuere no-  
 „run: nihilominus pia Majestatis ve-  
 „stræ monita semper humili obsequio  
 „recipiemus: præsto tamen nobis sunt  
 „fidei formulæ ex Concilio Tridentino  
 „decerptæ, aut in nostris Ritualibus  
 „contentæ, quibus quivis libere juxta  
 „suam conscientiam uti poterit., Rex  
 his rationibus expugnatus Episcopis  
 præcepit, ut hanc fidei professionem  
 unacum epistola, quæ eidem prius erat  
 annexa, ad illum remitterent, obtenu-  
 derent vero, quod in illam quidam ty-  
 pi errores irrepfissent.

§. LXII.  
*Synodus Aquensis in Provincia.*

Mense